

Protestatio morituri
ex Lanspergio.

In noīe p̄ris et filij et sp̄s sc̄i.
Ego N. infelix peccator, redemp-
tus precioso sanguine dñi n̄rj
Jesu Ch̄rj. idqz per magnam ip-
sius erga me dilectionem non
meum meritum, fateor et agnosco
publice vel chirographo hoc. vel
verbis meis, coram omnipotente
Deo, coram omnium qui in celo
sunt exercitu, coram qz vobis
quotquot hic vt testes (si res
exegerit) circumstatis, quod ego
sum ac mori volo vere obediens
sanctae ecclesiae catholicae filius,
quemadmodum sincere Christia-
num decet, credoqz et fateor

27
generatim omnes et singulas partes seu articulos fidei Christianae, quibus credendis unusquisque Christianifidelis obnoxius est. praecipue uniuersas particulas in duodecim articulis fidei Christianae vel aperte expressas, vel rationabiliter inclusas, secundum quod a Spiritu sancto per 12 apostolos, ueritate Evangelica nobis traditi sunt. Ad haec credo et adhaere, illorum interpretationibus sine declarationibus non quorumuis aut quibusuis sed ijs quae per sanctos patres editae a sanctissimis concilijs receptae, admissae, approbatae, confirmataeque sunt, Et ut breui-

ter dicam, credo quicquid ve-
re christianus credere debet.
In hac tam immobili tamq[ue] fir-
ma fide gaudeo ego ex toto cor-
de meo, tenens ac offerens hanc
scripturam in manibus meis
tanquam munitissimum et
invictissimū aduersus omnes
insultus, insidias ac fraudes
diaboli scutum. Et si (quod
Deus auertat) fieret, vt ego
impugnatiōe diaboli, aut vio-
lentiā aegritudinis, quicquam
aduersus predicta cogitarem,
loquerer, facerem, aut in ali-
quid perfidiæ, diffidentia, seu

desperationis caderem, hoc quale-
cunq; futurum esset, renovo hic
nūm in v̄ra omnium præsencia.
tamq; irritum facio, quā facerem
si compos mentis essem

Propter hoc appello vos omnes
quicunq; hic præsentes estis,
teq; scē angele, cuius custodiæ
ego traditus sum. vt huius pro-
testationis coram omnipotente
iudice testimonium feratis.
Quod vero in me est, ignosco et
remitto omnes iniurias mihi
quomodocunq; irrigatas, id ipsum
petens mihi ab his, quos vel verbis
vel factis vnquam offendi, fieri.

Reliqs et ex toto corde desidero
particeps fieri omnium bono-
rum operum, quae a sanctis
hominibus per totam ecclesiam
vel facta sunt hactenus. vel
adhuc fient, praecipue autem
amarissimae passionis et inno-
centissimae mortis dñi nostri
Iesu Christi. Et mea naturalis
ac voluntaria mors stet pro
omnibus peccatis meis. Atqz
vfinam neqz contra Deum, neqz
contra leges eius, neqz contra su-
periores, neqz contra proximū
aut meipsum peccassem unquam.
Postremo gratias ago omnipo

29
tenti Deo pro omnibus benefi-
cys ipsius mihi exhibitis, com-
mendogs corpus et animam
in manus eius, et in amaritu-
dinem passionis dñi nři Jesu
Christi, cui laus et honor et
dignitas in perpetuum

AMEN.



